



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos  
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rerum  
Christianarum Memoria, Libri X**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Helmestadi[i], 1671**

Cap. XXII. Conversio Philonis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10968**

rigeretur, quanto contumeliosius, in initio fidei, spretus ibidem à Romanis fuerat ipse Salvator.

## CAP. XXII.

*Conversio Philonis.*

**E**o tempore *Philo*, Hebræorum scriptor, de quo supra memoravimus, subtilissimus, in sensibus profundus, & affluentissimus eloquentia, copiose inveniens & copiosius eloquens, Petro Apostolo prædicanti adhæret: qui denique nobis in multis libris ingenii monumenta reliquit.

## CAP. XXIII.

*De Evangelio Marci.*

**T**unc *Marcus* scribit Evangelium, hac occasione. Cum sola Petri auditio non sufficeret, magna cum audientium aviditate, magnis precibus rogant Marcum, discipulum ejus, ut prædicationem scripti commendaret memoriæ: *Clemens in Sexto Dispositionum Libro*. Petrus vero, ut religioso se spoliatum comperit furto, delectatus est, factumque confirmavit & perpetuo legendum ecclesiis tradidit. Postmodum verò Marcus hoc idem Evangelium, apud *Ægyptum* missus à Petro, prædicat, & primus apud *Alexandriam* levatur in Episcopum; ubi multos lucratur populos, magnæ sobrietatis & continentię exemplo. Interea *Paulo* Apostolo ab Hierusalem in circuitu, & usque ad Illyricum prædicante, *Claudius* Imperator Iudæos tumultuantes urbe depellit. Tunc *Aquila* & *Priscilla*  
cum